

2^e TEXTE LATIN DES DÉCLARATIONS OFFICIELLES

**AD DECRETUM SUPREMAE S. CONGR OFFICII
DE METALLICO NUMISMATE
SACRIS SCAPULARIBUS SUFFICIENDO**

DECLARATIONES

Circa numismata hucusque ad finem, de quo supra, benedicta, et circa facultatem ea benedicendi a SSmo Dno nostro, directe, vel per aliquod S. Sedis Officium, aut aliter quomodo libet jam concessam, Idem SSmus mentem Suam aperuit, et quæ sequuntur adamussim servanda mandavit :

1. Numismata a facultatem habentibus rite jam benedicta, etiam in posterum scapularium loco gestari poterunt, eo modo et sub iis conditionibus, quibus constitit factam esse potestatem ;

2. Sacerdotes omnes, sæculares vel regulares, etiam conspicua fulgentes dignitate, ne amplius numismata sic benedicendi utantur facultate, quinquennio ab illa obtenta transacto. Poterunt interea, etiamsi scapularia respective benedicendi non polleant facultate, numismata ubilibet benedicere ; ea tamen lege, ut sive quod ad statutas eorum attinet imagines, sive quod ceteras respicit conditiones, præscriptionibus in supra relato Decreto contentis omnino se conforment ;

3. Qui porro subdelegandi præditi erant facultate, hac ipsa Decreti et Declarationum promulgatione, se illa noverint excidisse ; satis enim per idem Decretum jam spirituali fidelium emolumento provisum est.

Datum Romæ, ex Ædibus S. Officii, die 16 Decembris 1910.

ALOISIUS GIAMBENE,
Substitutus pro Indulgentiis.

SUBSTI

On le sait
entretenir
d'une vie pl
s'y inscrire
Pie X, Pape
beaucoup qu
passé, a cr
plusieurs pe
blement pris
naux Inquis
décembre de
suprême et
dans sa bienv

A tous les
imposition ré
quement app
propres aux T
cer ce ou ces
portée au cou
sonne et déce
pres à chacun
faveurs spiritu
scapulaire le
toutes les indu
Cette médai